

C. V.

MATTHAEI TYMPII

Aureum

SPECVLVM
PRINCIPVM, CON-
SILIARIORVM IVDICVM,
CONSVLVM, SENATORVM, ET
ALIORVM MAGISTRATVM CVM
Ecclesiasticorum tum Poli-
ticorum omnium,

OMNIBVS AD CLAVVM

*Reip. sedentibus, Concionatoribus, & eloquentia
studiosis atque vniuerso Mineruæ exer-
citus utilissimum.*

Ad Nobiliss & Ampliss D Constantinum à
Lieskitchen Reip Colon. 2. Conf.



COLONIAE AGRIPPINAE
Sumptibus Petri Henningij, sub signo
Cuniculi Anno M. DC. XVII.

NOBILISSIMO
ET AMPLISSIMO
VIRO AC DOMINO

D. CONSTANTINO
A Liefkirchen.

INCLYTAE ET LIBERAE IMPERIA-
lis Reipubl. Coloniensis secundum Consul-
Domino & Mecœnati suo gratioso.



V M in omni negotio multū in-
terfit, N. A. D. C. quales sint, qui-
bus rei gerendæ authoritas cre-
ditur, tū certè plurimū refert o-
mni quâ scientiâ, quâ perit â ar-
matus esse illos, qui Rerum publicarum gu-
bernaculis præficiuntur. Quæ enim singula
in alijs per se graui & difficilia existunt, ea in
administratione Reipublicæ conglobata in-
explicabilem & periculorum & curarum a-
ceruum cumulant. Semper, domi, foris, lætis
tristibus, interdiu noctu, pro summis imis su-
dandum, algendum, excubandum: ad eundæ
inimicitæ, subeundæ tempestates, cum mul-
tis audacibus, improbis, nonnunquam etiam
potentibus dimicandū. Et in his omnibus te-
nacissimè sanctissimeque obseruanda sunt il-
la duo diuini Platonis præcepta; Vnum qui-
dem, vt utilitatē ciuium sic tueantur, vt quic-
quid



SPECVLI MAGI-
STRATVVM PARS PRIOR,
CONTINENS CENTVM MAGI-
STRATVS BONI SIGNA.

PRIMVM MAGISTRATVS BONI
signum est, Abusus tollere, & consuetudines salu-
tares inducere, seu Restituere & renouare ea, qua
praclarè quidem prudenterq; in Rep. sunt constitu-
ta, post verò in desuetudinem venerunt, & ne-
glecta sunt; nec non emendare ac corrigere
ea, quæ cum damno atque dedecore
in Remp. introducta
sunt.

Abusum
correctio, &
benè consti-
tutorum
renouatio.



MAGNUM & illustre Magistratus
sibi comparare potest nomen, si
& ab interitu ac contemptu vin-
dicet quæ semel lata atque infli-
cta in Rep. prudenter atque vti-
liter fuerunt, & maturè occur-

rat, nec locum ijs in eadem concedat, quæ præter
dedecus etiam damnum dare posse magnum vi-
dentur.

1. Hoc nomine Cato ille Censorius clarus Ro-
mana in Rep. extitit. de quo Plut. & Liu. lib. 3.
& 4.